

aus den Kirchenvätern in teutscher Uebersetzung veranstaltete er. Sein wichtigstes Werk scheint sein *catalogus omnium librorum bibliothecae monasterii d. Ettonis* zu sein, welcher in fünf Folio-Bänden vollendet werden sollte. Drei Bände mit 12 Abschnitten hinterließ er. Da handschriftliche Quellen des Klosters Ettenheim-Münster in der hiesigen Hofbibliothek, in dem Landes-Archiv, in dem Pfarr-Archiv im Münsterthale und anderen Pfarr-Archiven zerstreut sind, und da ferner jetzt das Kloster der Erde gleich gemacht ist, alle Grabsteine, Inschriften und Wappen zerstört sind, welche Vulser und Stöber noch gesehen und abgezeichnet haben, so haben die Schriften der patres Vulser und Stöber als umfassende Sammelwerke einen Werth, der dem der Quellschriften selbst fast gleichkommt.

*Album sive*¹ *catalogus rev. dominorum abbatum huius d. Ettonis monasterii ad s. Landelinum*

juxta ordinem successionis ac regiminis directus ac certis annotationibus illustratus, congestus a p. Carolo Will, ordinis et loci professo, 1728.

Ad lectorem². Habes hic album sive catalogum, non tantum nomina abbatum huius nostri d. Ettonis monasterii ad s. Landelinum, sed et eorum acta memoratu ac scitu digniora recensentem annotationibusque necessariis instructum, insignia quoque cuiuslibet abbatis, prout hinc inde tum depicta tum³ incisa inveniri potuerunt, coloribus expressa exhibentem. Ut autem fidem eo majorem adhibere liceat, potiora ex ipsis electionum et confirmationum instrumentis per notarios confectis, aut e vetustis manuscriptis aliisque documentis cum locorum citatione⁴ desumpta invenies; nam autores de nostro monasterio tractantes pauci reperiuntur.

Maurus Geiger, abbas XXXIII. praefuit 18 annos⁵. Ex Rorschach, Helvetiae loco, originem traxit Maurus. Hic adhuc puer educatus, literis⁶ instructus, posmodum monachus effectus, ac demum ex cellerario abbas electus est anno domini⁷ 1686. 15.

¹ seu, die Heinschrift. ² lectori, Concept. ³ aut, die Heinschrift. ⁴ cum — citatione, steht in der Heinschrift. ⁵ annis 18 die Heinschrift, in welcher hierauf sein Wappen folgt; ein weißer Hahn im gold und roth quer getheilten Felde. ⁶ moribus literisque, Heinschrift. ⁷ steht im Concepte.

* Stöber hat in seiner succincta historia etc. p. 150 flgde. oft wörtlich einige Stellen dieser vita aufgenommen.

Novembris. Dignum mitra abbatiali decorandum caput censebat gestare Maurum dominus praedecessor Franciscus, cui jam antea secure onera partitus fuerat. Suspiciens siquidem in eo tam morum gravitatem, vitaeque integritatem, quam ingenii perspicacitatem ac rerum agendarum dexteritatem, queis alios longe superabat. Necdum abbas insigne edidit doctrinae pietatisque monumentum anno 1661 compositum: „Paedagogus proliferus“ intitulatum; molis exiguitate opusculum nuncupandum, sed sinceræ pietatis et eruditionis pondere opus merito appellandum. Agit in eo de virtutibus magistro novitiorum necessariis, nec non de doctrina novitiis tradenda, de cunctis aequè pie ac doctè disserens. Extat hoc opusculum ab ipso autore propria manu conscriptum. Factus igitur ex cellerario abbas magna ingenii floruit laude¹; unde ob notam eius doctrinam electioni coadjutoris Argentinensis nunc episcopi et s. romane ecclesiae cardinalis Armandi Gastonis de Rohan et Soubize interesse vocatus, atque ob triplicem quaestionem, proclamationem electi coadjutoris concernentem, ab eo propositam ac doctè pariter resolutam, ab omnibus summo in honore est habitus. — Ob taciturnitatis ac silentii tenacitatem vir paucorum verborum fuit dictus². Ecclesiam claustralem inter alia ornamenta alio quodam artificiosè acu picto, argento et auro splendido, nec non pretioso calice picturis gemmisque decoro reddidit splendidiorem et augustiorem. Ecclesiam etiam magnificam s. m. Landelino de novo aedificavit, cuius arae sequentia literis aureis inscribi jussit³: „s. Landelinus, Scotiae regis filius, hoc in loco martyrii corona decoratus circiter annum DCXL.“ Addidit insuper et sequentem antiphonam⁴:
Ave sancte Landeline, martyr miraculose,
Laus tua est sine fine, coronâ speciose.
Quinque fontes semper manant Landelini meritis,
Aegros, caecos, claudos sanant, sors magna est inclytis.

Huius quoque thaumaturgi vitam germanico idiomate conscriptam publico commisit proelo. — Altari vero beatissimae virginis Mariae in dicta ecclesia erecto ista apponi jussit:

Ave candidum lilium fulgidae semperque tranquillae trinitatis:

Ave rosa fulgida coelicae amoenitatis,

De qua nasci et de cuius lacte pasci rex coelorum Voluit: adsis mihi nunc et in hora mortis meae; amen.

¹ laude florebat, C. ² Dieser Satz steht bei C. ³ fecit, C. ⁴ Von s. Landel. — antiphonam steht im C.